



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

L[e]ct[i]o. ij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

chanaan: et dedit eam viro suo uxore Qui ingressus est ad eam. At illa concepit se videns: despexit dominam suam. **D**ixitque sarai ad abram. Iniqua agis contra me. Ecce dedi ancillam meam in sinu tuum: quod videns quod conceperit despectui me habet. Iudicet dominus inter me et te. Cui respondit abram. Ecce ait ancilla tua in manu tua est utere ea ut libet. Tu autem. **Lectio. iij.** **A**ffligete inquit eam sarai fugam inquit. Cumque inuenisset eam angelus domini iuxta fontem aque in solitudine que est in via sur in deserto: dixit ad illam. Agar ancilla sarai unde venis: et quod vadis. Querendit. A facie sarai domine mee ego fugio. Dixitque ei angelus domini. Revertere ad dominam tuam et humiliare sub manu illius. Et rursum. Multiplicabis inquit multiplicabo seminem tuum et non numerabis pro multitudie. Ac deinceps. Ecce ait concepisti et paries filium: vocabisque nomen eius ysmahel: eo quod audiverit dominus afflictionem tuam. Sic erit ferus homo. Manus eius contra omnes: et manus omnium contra eum: et e regione universi

fratrum suorum figet tabernacula. Tu autem domine. **Noce. xxiiij. Lectio. iij.** **D**ecavit autem agar nomen domini quod loquebatur ad eam: tu deus quod vidisti me. Dixit enim. Profecto hic vidi posteriora videntis me. Propterea appellavit puteum illum: puteum viventis et videtis me. Iste est inter cades et barath. Peperitque agar abre filium: quod vocavit nomen eius ysmahel. Octoginta et sex annorum erat abraham quando peperit ei agar ysmahel. Tu autem. **Lectio. iij. Gen. 17.** **P**ostquam homo nonaginta et novem annorum esse cepit apparuit ei deus: dixitque ad eum. Ego deus operum. Ambula coram me: et esto perfectus. Ponenamque fedus meum inter me et te: et multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit abraham prostratus in faciem. Dixitque ei deus. Ego sum et ponam pactum meum tecum: et eris pater multarum gentium. Nec ultra vocabitur nomen tuum abraham sed appellaberis abraham: quia pater multarum gentium constitui te. Faciamque te crescere vehementissime et ponam te in gentibus: regesque ex te egredientur. Et statuum pa-